Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1793

Quelle:
Copyright:

futatio *Scripti a IV. Civitatibus, Argentina, Conſtantia, Memminga et Lindavia* ad Sacramentarios deflectentibus *Imperatori oblati*, quod ſupra *Parti* II. horum *Adverſariorum fol.* XI. et XXVII. inſertum legitur, cujusque meminit *Coeleſtinus* T. IV. p. 93. Meminit et Confutationis praeſentis a *Fabro* et *Eccio*, ut ait, elaboratae p. 95. Incipit vero iſta: *Sacra Cæſarea et Catholica Maieſtas uiſis diligenter et accurate articulis quatuor ciuitatum* &c.

Fol. XXXI. *Reſponſum* Germanicum *Civitatum*, cur *Decreto Spirenſi* an. 1529. dato audientes eſſe non poſſint. Inſertum etiam *Parti* II. horum *Adverſariorum fol.* VI.

Fol. XXXVI. *Von Haimlichen vnnd vffrierigen Briefen ſammt ainen pſalmen vſsgelegt wider den vffrierigen abtrinnigen Münch Martin Luther.* Noti ſunt vani illi metus ab *Ottone Packio* incuſſi *Haſſiae Landgravio* an. 1528. de foedere inter Principes Catholicos clam *Wratislaviae* concluſo, de quo videri poſſunt *Hortlederus* T. I. L. 2. p. 577. *Sleidanus* L. VI. ad *h. a. Struvius Corp. Hiſt. Germ.* T. II. p. 1011. Scripſerat hac de re *Lutherus* ad *Wenc. Lincum* epiſtolam ſat acerbam, quam exhibet *Cochlaeus de Act. et Script. Luth.* ad *h. a.* p. 187. in qua inter alia: *Ego ſciens ſcio, non eſſe foedus iſtud merum nihil aut Chimaeram.* Epiſtolam hanc preſſo pede hic ſibi confutandam ſumſit *Faber.* Scriptum ἰδιογραφον eſt, incipitque: *Luther I. Wolen. Doctor Fabri. Lieber Luther wie kannſt du ſagen das die ſchuld nit dein iſt, dieweil du den brieff gemachet haſt* &c.

Fol. LXVII. *Catalogus* Librorum Caeſari oblatus, germanice, ut P. II. horum *Adverſar. fol.* CCXXVIII.

A *fol.* LXX. ad finem Fragmenta varia *Reſponſionis* cum ad varios *Confeſſionis Aug.* articulos, tum ad *Scriptum IV. Civitatum*, de quo ſupra *fol.* I.

CCCCLVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 101 XVI. Folior. 166. f. eſt *Pars VI, Adverſariorum Joh. Fabri* in negotio Religionis *Collegio D. Nicolai* ejus juſſu typis et manu *Chriſtophori Gepfrid* olim adſcripta, continetque *fol.* I. rurſus *Catalogum* illum *Librorum Carolo* V. 13. *Julii* a. 1530. *oblatorum* latine, qui *Parte praeced. fol.* LXVII. occurrit germanice. Horum Tractatuum aliqui nunc conſequuntur, et quidem

Fol. III. *Hæreſes et errores ex diuerſis Martini Lutheri libris in unum collecti. Lutheri* Aſſerta hic in III. *Libros* tributa ſunt, quorum I. de *Verbo Dei, Eccleſia, Pontifice* &c. II. de *Sacramentis*, III. de *Cerimoniis* per Capita agit, adnotatis in margine Lutheri Scriptis, unde depromta ſunt.

Fol. LX. *Monſtra Sectarum Ex Lutero enata.* Jam et P. II.